

Communi episcoporum nomine ad regem de coercendo et exstirpando raptu viduarum, puellarum ac sanctimonialium²¹⁵.

Domino christianissimo, glorioso et piissimo principi²¹⁶ humiles servi Christi Galliarum et Germaniarum episcopi²¹⁷ pro cultu et sanctimonialia domus domini, *quae*²¹⁸ *est ecclesia dei vivi^a, columna et firmamentum veritatis.*

CAPUT I. Maxima et gravissima necessitate compellimur omnes nos, qui in^b his *novissimis*²¹⁹ et periculosissimis *temporibus* episcopale ministerium et gubernationem ecclesiarum dei licet indigni et minimi sortiti sumus, ut periclitanti gregi dominico et novis insidiis atque infestationibus hostis antiqui de die in diem miserabilius laborante^c communi intentione et studio, in quantum deus facultatem tribuit, vigilanter et strenue prospiciamus. Quamvis enim potestas regni temporalis divino iudicio in hoc christianorum regno ad praesens videatur divisa, una est tamen in omnibus et ex omnibus Christo domino protegente ecclesia; *unus*²²⁰ *dominus, una fides, unum genus*²²¹ *electum regale sacerdotium, una gens sancta, unus populus acquisitionis*, quem ipse dominus et salvator *de*²²² *tenebris vocavit in admirabile lumen suum*, pro cuius acquisitione et perpetua unitione etiam mortem gustare dignatus^d, dicente evangelio: *Quia*²²³ *Iesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* Unde et ipse admirabili dignatione loquitur dicens: *Sicut*²²⁴ *novit me pater et ego agnosco patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unum ovile et unus*

a) veri Si.

b) fehlt Si.

c) laboranti Si.

d) folgt est Si.

Nat. 12448, hg. von Carlo Guido MOR (1927); *Epistolae Romanorum pontificum genuinae* 1, hg. von Andreas THIEL (1868); *Die „Summa de ordine ecclesiastico“: Eine römisch-rechtliche Quelle Benedicts*, hg. von Matthias WEBER (2004), www.benedictus.mgh.de/quellen/summa.pdf.

215) Den Titel druckte zuerst Si, bei Bu heißt es nur Epistola I.

216) Zu möglichen Adressaten siehe oben S. 484f.

217) Zu den Absendern und der Art der Versammlung siehe ebd.

218) 1. Tim. 3,15.

219) Vgl. 2. Tim. 3,1–2.

220) Eph. 4,5.

221) Vgl. 1. Petr. 2,9.

222) Ebd.

223) Ioh. 11,51–52.

224) Ioh. 10,15–16.